





Kern 86
(1-54; a-g)

(24)

CONSPECTVS LECTIONVM

QVIBVS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE

PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI MDCCCLIII.

OCCVPAVENTVR

PRO-RECTORE

D. CHRIST. BENED. MICHAELIS,

S. S. THEOLOGIAE ET LINGVAR. GRAECAE ET ORIENTALIVM PROFES-
SORE PVBLICO ORDINARIO.



P. P. D. XX. APRIL. MDCCLIII



HALAE SALICAE, LITTERIS HENDELIANIS.



LECTIONES

Pro-Rectoris, Cancellarii & Directoris.



D. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS publicis praelectionibus hora III. libros historicos V. T. Samuelis, Regum Chronicorumque ex philologia Ebraica interpretabitur: priuatis vero hora IX. Epistolas Paulinas ab altera ad Corinthios vsque ad illam ad Ebraeos explanabit; & hora alia, quam commodam audietur comperit, Syriaca ad ductum Grammaticae suae docebit.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF, cum semestre hoc breue sit, *Hor. IX. mat. & Hor. III. pomerid.* interpretabitur Institutiones suas Iuris Naturae & Gentium, in gratiam eorum, qui ad solidam Iuris Scientiam aspirant.

CAROLVS GOTTLIEB KNORRE Hora X. & II. *Pandectas Ludouicianas* interpretabitur easque hoc semestri aestiuo ad finem perducet. Nec deerit Collegium *Practicum elaboratorium ad ductum der Anleitung zum Gerichtlichen Proceß*, vel etiam *Retorium priuatissimum* desiderantibus.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIUS selectos Psalmos interpretabitur, in exegetico-ascetica tractatione epistolae ad Colossenses perget, & paraeneticis horis ex *Idea Studiosi Theologiae* ea maxime, quae ad prudentiam sacram ab eo adhibendam spectant, exponet.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b.c.d. h. VIII. theologiam *dogmaticam*, h. XI. *antibeticam*, h. IIII. *moralem* explicabit, atque h. VI. per tres primos hebdomadis dies vaticinium *Isolis* interpretabitur, duobus vero exercitationes *disputationum dogmaticarum* publice continuabit.

IO. HENR. CALLENBERG, *difficiliores Veteris Testamenti libros* ex sermone hebraico illustrans, pertractatis proxime lobo, *Cantico Salomonis, Prouerbiis eiusdem, & Threnis, Psalterium* explicare adgredietur. Scholam quoque offert, qua generalis instituitur *introducio ad curatiorem & salutarem singulorum Veteris & Noui Testamenti librorum* lectionem.

IO. GEORGIUS KNAPP, primo *Theologiam dogmaticam* rursus auspicabitur, priorem illius partem hac aestate tractaturus. Deinde in explicandis *rebus gestis in ecclesia N. T.* perget, easque ad finem perducet. Denique *publice ipso moderante disputare* cupientibus, libenter aderit. Persequetur quoque *asceticam epistolarum apocal. tractationem* die Domini h. v. vespertina.

D. IO. SALOMO SEMLER, suscepturus iam hanc provinciam, in quam a Potentissimo Rege clementissime missus est, in Augustanam Confessionem *publice* praelegit: *priuatim* ad Hermeneuticam, Historiam Ecclesiasticam Noui Testamenti, atque aut ad cognitionem librorum Theologicorum, aut ad Psalmorum explanationem, vt placere pluribus intelliget, instituet. Disputandi & officio & exercitio non deerit. Lectionum, opportuniorumque horarum indicium propediem aliud fiet.

IURIDICAE.

D. IAC. GABR. WOLF *publice*, hora XI. *iurisprudentiam suam naturalem*, (quae in bibliopolo Kummeliano profat.) *sex per hebdomadem diebus*; *priuatim* vero hora IX. V. C. IO. IAC. MASCOVII *principia iuris publici I. R. G.* hora denique III. *elementa sua iuris feudorum, tum provincialium, tum Imperialium, vberioribus suis commentationibus diligenter illustrabit. Initium, finitis nundinis Lipsiensibus, A. S. N. facturus.*

IO. TOBIAS CARRACH 1) *Institutiones IUSTINIANEAS* interpretabitur, ita vt expositis Romani & Germanici Iuris Differentiis auditores ad solidam praxin forensis praepararet: 2) eademque methodo ad BOEHMERI *Introductionem in Ius Digestorum* commentabitur. 3) Explicabit quoque *Illustr. IO. SAM. FRID. BOEHMERI Elementa Iurisprudentiae Criminalis, & 4) STRVVI Elementa Iurisprudentiae Feudalis*; atque 5) collegio *Processuali elaboratorio* iis inserviet, qui ante collegiorum initium hac de re ipsam in tempore adibunt. De horis laboribus definitis Dnos auditores ex tabulis publicis certos fieri.

IO. CAROLVS KOENIG *Publice* hora X. SCHMAVSSII *Historias Ius Publicum* explicabit: *Priuatim* hora IX. *Ius Feudale ad STRVVI Elementa* Edit. HELLFELD. Porro hora XI. *Ius Publicum* praeeunte MOSERO in compendio huius nundinis recuso. Denique hora II. pomer. *Ius Publicum Ecclesiasticum* ex Articulo V. & VII. tabularum Pacis Osnabruc. interpretabitur.

DANIEL

DANIEL NETTELBLADT hora IX. elementa sua vniuersae iurisprudentiae *positivae*; hora XI. vero B. G. STRVVI elementa iuris *feudalis* de an. 1750. illustrabit.

M E D I C A E.

MICHAEL ALBERTI Labore *publico* Doctrinam *Febrium* tradet: *privato* studio a IX ad X. *Physiologiam* a X. ad XI. *Cbirurgiam* a II. ad III. *Praxin specialem* ad ductum *Syftematis* sui Medici *auspicabitur*.

IO. IVNCKER *publicis* lectionibus primum absoluet pauciora illa capita, quae de praeeceptis formularum *con*tribendarum *super*sunt; deinde *chirurgiae* medicae *fundamenta* docebit. *Privatis* horis *therapiam* *specialem* ab initio ordietur, & ipsos *morbos* *casibus* *memorabilibus* *passim* illustrabit. *Privatissimo* studio *collegium* *clanicum* *confucto* *more* *cum* *Candidatis* *continuabit*, & in *casibus* *quoque* *elaborandis* *eos* *exercebit*.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publicis* *recitationibus* destinavit *promissam* in *priore* *semestri* *commemorationem* in *BAIERIA* *Introductionem* in *Medicinam* *forensem*, *horis* *atque* *diebus* *confuctis* *nunc* *suscipiendam*. *Privatim* *autem* *h. VII. ad VIII.* *fundamenta* *Semiologiae*, *tam* *generalis*, *quam* *specialis*, *exponet*; *h. VIII. ad IX.* & *X. ad XI.* *manuductionem* *ad Praxin specialem* *tradet*, & *h. XI. ad XII.* *finita* *demum* *expositione* *facultatum* *simplicium* *remediorum*, *quod* *propediem* *nunc* *fiet*, *compositorum* *vi*res, *rectumque* *iisdem* *vtendi* *modum*, *ad* *ductum* *Praelectionum* *b. SCHVLZII* *in* *Dispensatorium* *Reg. & Elect. Borussiae-Brandenburgicum*, *quarum* *auctor* *instantibus* *nundinis* *vernalibus* *prodidit* *edito*, *debita* *explanabit* *fidelitate* & *perpicuitate*, *initium* *horum* *laborum* *b. c. D. die* *xxviii. Maii* *facturus*.

FRIDERICH HOFFMANN *publice* *hora* *X-XI.* *physiologiam*, *privatim* *vero* *hora* *XI-XII.* *pathologiam* *docebit*. *Initium* *harum* *lectionum* *erit* *finitis* *instantibus* *nundinis* *Lipfensibus* *die* *xxviii. Maii*.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER *publice* *hora* *VIII.* *diebus* *Mercurii* & *Saturni*, *adfectus* *venereos*, *in* *b. SCHVLZII* *praxi* *speciali* *breuiter* *tantum* *descriptos*, *fusus* *pathologico* *practice* *pertractabit*. *Privato* *studio* *hora* *IX.* *in* *EIVSDEM* *pathologiam* *generalem* *commentabitur*, & *hora* *XI.* *mulierum* & *infantium* *morbos* *explicaturus*, *vnico* *in* *nexu*, *duce* *MANNINGHAMO*, *institutiones* *rei* *obstetriciae*, *ipsis* *exercitiis* *illustrandas*, *hora* *II.* *subiunget*.

PHILOSOPHICAE.

MICHAEL ALBERTI *Officio* *publico* *Meteorologiam* *Physico-Medicam* *explicabit*.

IOANNES IOACHIMVS LANGE *publice* *h. VIII.* *matutina* *Architecturam* *ciuilem* *atque* *militarem* *exponet*. *Privatim* *hor. I.* *physicam* *dogmatico-experimentalem*; *Chemicam* *autem* *h. IIII.* *explicabit*. *Operationes* *chemicae* *peculiaribus* *quibusdam* *horis* *vespertinis* *peragentur*. *Collegium* *oeconomicum*, *cuius* *synopsis* *exstat* *in* *libello*, *der* *Grundriß*, *habebit* *h. V.* *Geometriam* *practicam* *cum* *Auditoribus* *privatim* *praeparatis* *in* *campo* *exercebit* *die* *Sabbati* *h. III.* & *sequentibus*.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publicis* *in* *praelectionibus* *commentabitur* *in* *WALLERII* *Hydrologiam*, *privato* *autem* *studio* *occupatus* *erit* *in* *explanandis* *eiusdem* *celebrer.* *Auctoris* *fundamentis* *Mineralogiae*, *diesque* *ac* *horas*, *laboribus* *hiscé* *destinandas*, *seorsim* *e* *valuis* *publicis* *significabit*.

FRIDERICVS WIDEBVRG *pragmatica* *methodo* *tradet* *hora* *X-XI.* *Historiam* *Vniuersalem* *ad* *L. B. PFENDORFII* *introductionem*, *ab* *XI-XII.* *Historiam* *Imperii* *Germanici* *ad* *STRVVIUM*, *ea* *scilicet* *ratione*, *vt* *rerum* *gestarum* *cognitioni* *vbiq*ue *vires* *ac* *neruos* *addat* *prudencia* *ciuilis*, *historia* *vero* *Imperialis* *lucem* *accendat* *praecipuis* *iuris* *Publici* *Germanici* *argumentis*, *quae* *omnia* *a* *sterili* *ac* *infructuosa* *factorum* *narratione* *longissime* *absunt*. *De* *ceteris* *Collegiis* *aeumatissimos* *commilitones* *certiores* *propediem* *reddet*. *Initium* *lectionum* *facturus* *d. 28. Maii*.

IO. HENR. CALLENBERG *generalem* *Philologiae* *orientalis* *institutionem*, *si* *expetitur*, *imperiet*, *ac* *insuper* *ebaldaici* *sermonis* *specialem*.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ *publice* *perget* *in* *curfu* *oeconomico*, *ad* *alteram* *oconomiae* *ruticac* *partem*, *quae* *de* *re* *pecuaria* *agit*, *progressurus*. *Privatim* *hora* *X-XI.* *fundamenta* *linguae* *ebraicae*, *subiuncta* *analyti*, *ad* *ductum* *DANZII* *tradedit*: *additurus*, *his* *ad* *finem* *perductis*, *doctrinam* *de* *accentibus*. *Hora* *III-IV.* *difficillimos* *loq*ui & *Proverbiorum* *libros* *ex* *fonte* *ebraico* *interpretabitur*. *Ceterum* *nique* *is* *deerie*, *quae* *privatissimas* *scholas* *sibi* *aperiendas* *desiderabunt*.

GE. FRID. MEIER *docebit*, *hor. IX-X.* *Ius* *naturae*, *X-XI.* *Mathesin* *puram*, & *III-IV.* *logicam* *ad* *ductum* *Compendii* *sui*. *Publice* *continuabit* *collegium* *disputatorium*.

EXTRA.

EXTRAORDINARIAE.

ADAM STRVENSEE hora IX. matutina iurisprudentiam diuinam, duce Viri Summe Reuerendo D. WALCHIO, explicabit, principia iuris naturae ad veritates christianas rite applicaturus: hora III. pomeridiana theologiam pastorem docebit, prudentiam monstraturus, ad munus sacrum obeundum oprato cum successu, pernecessariam: hora VI. vespertina die lunae ad praxin auditores ducer homileticam, qui praeterito semestri oratoriae sacrae praeceptis sunt instructi; sub examen vocaturus sermones a commilitonibus elaboratos & in templo vlticiana recitados, indicaturus simul peramic, quae emendanda putabit: eadem denique hora die martis lectiones aseticas in priorem epistolam diui Ioannis sedulo continuabit.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM Hora IX. *Ius Feudale* ad seriem *Elementorum* Ill. WOLFFII tradet; Hora X. *Ius Germanicum* ad ductum *Elementorum* ENGAVII docebit; Hora XI. *Ius Publicum Imperii Germanici*, praeeunte Ill. MASCOVIO, interpretabitur; Hora III. *Historiam Imperii Germanici*, cum perpetua ad iura Germaniae Publicum cumprimis & feudale adplicatione, ad filium libri sui: *Einleitung zu der Reichs-Historie*, proponet; Hora IV. *Historiam Vniuersalem Regnorum Europae* ad normam compendii sui: *Einleitung zu den Geschichten der Europäischen Koenigreiche*, pragmatic enarrabit. Denique nec iis deerit, quorum e re collegium Artis Heraldicae videbitur.

CAROLVS FRID. PAVLI publice Hor. VII-VIII. *Historiam Brandenb. über seine Einleitung*, exceptis diebus mercurii & saturni his vero priuatissime Notitiam nobilitatis germanicae *über seine Einleitung*, priuatim Hor. IX. *Historiam Imp. Rom. G. ad SCHMAYSSII Historisches* Ius Publ. X. & II. *Notitiam Statisticam Rerumpubl. Europ. XI. Notitiam Statisticam I. R. G. III. Historiam Silesiae. IV. Historiam Vniuersalem ad GEBAVERI Grund-Riss* explicabit.

IOAN. PHILIPVS CARRACH publicis recitationibus *Ius Publicum Imperii Rom. Germ.* ex huius historia, legibus & obseruantia pragmatice tradet duce MASCOVIO, priuatim autem *litteraturam iuridicam* ad theses hunc in finem communicandas docebit, VI & HENRICI L.B. de COCCII *Hypomnemata Iuris Feudalis* interpretabitur. Horas scholis destinatas propediem e tabulis publicis significabit.

PHIL. IAC. HEISLER Hora VIII. matut. Cel. ENGAVII *Elementa Iuris Criminalis*, hora X. & II. B. LYDOVICI *Doctrinam Pandectarum*, hora XI. B. HEINECCHII *Elementa Iuris ciuili secundum ordinem Institutionum* explicabit. Praeterea collegium *examinatorium* aut *disputatorium* desiderantibus haud difficilem se praebit.

D. HENR. BASS de Oculorum morbis praeleget publice: d. Mercur. & Saturn. hor. X. Priuatim auspicabitur Collegium Operationum Chirurgicarum cum Apparatu instrumentali pariter ac deligatorio. hor. III. deinde & in TEICHMEYERI Medicinam commentabitur legalem. hor. XI. Initium Lectionum erit 28. Maii.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI hoc semestri aestiuo b. c. D. priuatim diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris hora VIII-IX. Botanicas demonstrationes & explicationes methodo consueta docebit, publice vero die Saturni hora VIII-IX. propagationem, vegetationem & fructificationem plantarum demonstrabit. Initium harum lectionum erit d. 28. Maii a. c.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN hoc semestri aestiuo adfectus infantum publice praeleget; priuatim autem BOERHAAVII institutiones medicas pertractabit.

CHRISTOPH. CAROL. STRVMPFF publice C. LINNAEI fundamenta botanica explicabit; priuatim Chemiam medicam experimentalem, & Botanicen tractabit.


D. ERN. ANT. NICOLAI publice hora I-II. artem concinnandi formulas medicamentorum, priuatim vero hora IX-X. & hora III-IV. physiologiam illustris HAMBERGERI explicabit, hora X-XI. pathologiam, & hora II-III. materiam medicam docebit.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS lectiones suas *epistolographicas* simulac *oratorias* denuo redintegrabit, & artem vtramque sufficientibus exemplis ad genium saeculi accommodandis exercebit; *antiquitates Latii* ad intelligentiam veterum auctorum & legum perspicue explicabit; *carmina, orationes, epistolas*, aliaque scripta, ad cuiuslibet natum, elaborabit; nec deerit iis, qui repetitionem collegiorum, historicorum, philosophorum & iuridicorum, ab eo desiderabunt; quorum laborum horas & initium ex valis publicis iusto tempore significabit.

CHRIST. WEBER, hor. VII-VIII. *Ethicam philosophicam* Perill. L. B. de WOLFF; hor. IX-X. eiusdem *Metaphysicam*; hor. II-III. *Logicam* b. CORVINI, & hor. III-IV. *Mathesin puram* Perill. L. B. de WOLFF interpretabitur. Nec iis deerit, qui Collegium disputatorium desiderabunt.







(24)

CONSPECTVS LECTIONVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM
ANNI MDCCCXIII.

PRO-RECTORE
D. CHRIST. BENED. MICHAELIS,

S. S. THEOLOGIAE ET LINGVAR. GRAECAE ET ORIENTALIVM PROFES-
SORE PVBLICO ORDINARIO.



P. P. D. XX. APR



HALAE SALICAE, LIT

